UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm Passionvm, Prauorumque affectuum

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De Abnegatione proprij Iudicij & Intellectus. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60991

Visual Library

rior & certo quodã modo plus quàm ho-
mo, Nam vt B. Climachus ait: *Ille profectò ſanctus eſt, qui voluntati ſuæ abrenunciauit.*

Climac. de Auar. grad. 16. Verùm cum in hoc negotio perſeuerantia eò ſit glorioſior, quò maiores ſunt difficultates, quæ ſolent occurrere, vt huic tandem capiti finem imponam, omnes Chriſti athletas vehementer rogo, vt huic abnegationi conſtanter inſiſtant, neque prius ab ea, quàm ab ipſa mortali vita abſiſtant. *Nam bene cœpiſſe nil proderit* (inquit

Caſſ. li. 1. Inſtitut. cap. 37. apud Caſſianum Abbas Pynuphius) *non pleno feruore renunciationis arripuiſſe principia, ſi hæc congruus etiam finis ſimiliter non commendauerit atque concluſerit.*

CAPVT XII.

De Abnegatione proprij Iudicij & Intellectus.

SIcuti propria voluntas, vt ex D. Bernardo ſupra dictum eſt, ea eſt, quæ nec Deo, nec hominibus communis eſt, ſed nobis tantùm propria: ſic dicere licet, iudicium proprium eſſe illud, quod nec Dei, nec prudentum virorum iudicio conforme eſt, ſed nobis proprium. Quando, verbi gratia, intellectus noſter iudicat de aliqua re, non perſpicuè ſibi cognita, nec ſatis liquidò explorata, non ſecundùm commune iudicium prudentum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum hominumque virtute præditorū; præciſè, ex proprij iudicij præſcripto moderamine, cumque hoc ſuo iudicio neque Deo placere, neque alijs prodeſſe inſtituit, eo vnico contentus, vt ſuum iudicium ſequatur & expleat. Abnegare ergo hoc iudicium proprium nihil eſt aliud, quàm mortificare intellectum noſtrum, ne ſingularis ſit & tenax ſui iudicij, ſed vt illud potius, tractabile, docile, ac communi iudicio & ſententiæ ſuorum ſuperiorum, vel aliorum prudentia ac virtutibus inſignium virorum conforme fiat: Quoniam, vt S. Baſilius docet, *ſicut in vniuerſum vti propria volūtate arbitrióue, alienum eſt à recta ratione: Sic maioris partis iudicio nō ſtare, eſt contumaciæ & peruicaciæ periculum incurrere.* S. Baſil. Reg. breuior. 112.

Et vnde quæſo tot hæreſes diſcordiæ ac errores quàm plurimi, qui in tot hodie regnis, Rebuſpublicis ac familijs graſſantur, quā ex immortificatione noſtri iudicij? Quare ſicut S. Bernardus de propria voluntate rectè dixit: *Ceſſet voluntas propria & infernus non erit*: Ita de proprio iudicio dicere poſſumus. *Ceſſet illud, & Infernus non erit*: non enim eſſent in mundo vlli errores & vitia, quæ propria ſunt inferni, vt cōtentiones, diſcordię, pertinaciæ, ſectę, & huius generis cōfuſiones,

quæ

quæ mundum perturbant vniuerſum.

Et certè nimis longum eſſet, hic de gra-
uiſſimis præcipitijs ac ruinis narration-
texere, quibus multi perierunt, qui in re-
ſuis proprijs proprio ſuo nimium fide-
iudicio, quorum multa adfert exem-
Caſſ.coll. 2.cap 5. Caſſianus, præſertim ſenis cuiuſdam He-
ronis, qui cùm multos iam annos inte-
Monachos Scithi incredibili integritate &
Religioſa obſeruantia vixiſſet, iudicio ta-
men ſuo tantum tribuebat, *vt maluerit,* in-
quit Caſſianus, *ſuis definitionibus reg-*
conſilijs vel collationibus fratrum atque inſti-
tutis maiorum obedire; cumque ſuperio-
bus ſuis certam quandam illuſionem dia-
bolicam nollet aperire, nec aliorum reg-
iudicio, adeò in ipſo præualuit hoſtis in-
fernalis (qui, vt benè dicit Climachus: *In*
Clim.de ſomnijs, grad.3. *his, qui ſibi credunt, ſæpe Propheta fit*) vt fa-
ſis eius promiſſis & perſuaſionibus ille-
ſeſe ſponte in profundiſſimum puteũ co-
iecerit, ac non multò pòſt vitam ſuam
ta ſanctitatis & meritorum opinione in-
choatam, multoſque ibidem annos per-
ctam, miſerrimo fine concluſerit. Quam-
obrem Caſſianus tractans de hac materia
Collat. 16. cap. 11. Capiti illi talem præpo-
ſuit titulum: *Quod impoſſibile ſit quemquam,*
qui proprio fidit iudicio, diaboli illuſione non
decipi.

merito certè: Quia ſicut, *Nullatenus* Caſſ. coll.
ni poterit quiſquam, ſi non ſuo iudicio, ſed 2. c. 10.
rum viuat exemplo: vt Abbas Moſes
ait; ita è contrario, cùm Religioſus ni-
mium ſuo fidit iudicio, atque in hoc à cō-
muni iudicio & ſententia ſuperiorum ſuo-
rum diſcedit, mille illuſionum atque erro-
rum voraginibus ſeſe obnoxium reddit.
Quare ſicuti magnæ humilitatis ſignum
eſt ſi quis, vt idem ait Abbas, non ſolùm
quæ facit, ſed & ea quoque quæ in ani-
mo habet, ſuorum ſuperiorū iudicio ſub-
mittit; ita vt ſibi ipſi minimè fidens in o-
mnibus ſe eorum ſententiæ accommo-
det: ita intolerabilis ſuperbiæ indiciū eſt,
ſi quis in ijs, quæ ad propriam ſuam perſo-
nam aut gubernationem, aliorumque di-
rectionem ſpectant, ſuum audeat cæteris
omnibus numero & conditione maioribꝰ
præferre iudicium. *Quouſque vos ſapientes e-*
ſtis in oculis veſtris? inquit S. Bernardus de Bern. ſer.
…s; Deus ſe mortalibus credit & ſubdit, & 20. ſuper
vos in vijs veſtris adhuc ambulatus? cant.

Nec grauioribus verbis hic eorum error
exaggerari poteſt, quàm eiuſdem S. Ber- Bern. ſer.
nardi, cùm alio in loco ait: *Et quæ maior ſu-* 3 de reſur
perbia, quàm vt vnus homo toti congregationi
iudicium ſuum præferat, tanquàm ipſe ſolus ha-
beat ſpiritum Dei? Idololatriæ ſcelus eſt, non
acquieſcere; & quaſi peccatum ariolandi, repu-
gnare.

Quo

Quo loco non tantùm oſtendit S. Bernardus maximæ eſſe arrogantiæ, vt vnus homo iudicium ſuum communi aliorum iudicio cum pertinacia præferat; ſed non adquieſcere quoque, aut repugnare communi alicuius Religioſæ congregationis iudicio, eſſe quaſi peccatum ariolandi aut idololatriæ, quæ quidem ſcelera inter maxima numerantur.

Et quamuis hic error quibuslibet in rebus ſit, vt dictum eſt, maximus, in rebus tamen, quæ ad doctrinam & ingeniũ pertinent, communiter tantò grauior eſt, quantò plus contagioſus eſt, & pronior in eum lapſus. Cùm enim homo naturaliter ſcire deſideret, vehementiori quoque impetu fertur in ea, quæ ſcienda, quàm in ea quæ agenda ſunt: Ex quo fit, vt quemadmodum matri cuipiam proprius infans, licet turpiſſimus, plus placere ſolet, quàm alij aliarum matrum filij, quantumuis formoſiſſimi: ita homines ſæpe naturali ducantur & abripiantur affectu, quem habent erga certas opiniones & proprias, adeò vt quantumcũque ſint monſtroſæ, & informes (quod plerumq; ſolet accidere) ipſis tamen videantur præſtantiſſimæ, & idcirco omnibus alijs præferendæ. Et hinc orta eſt, & oritur quotidiæ tanta doctrinæ nouitas & ſingularitas, & cum ipſa tanta con-

ta con-

onfuſio pernicioſiſſimorum errorum, ntam in omnes orbis partes diffuſam die videmus & dolemus.

Quare vt in aurifodinis, ne mica quiauri reperitur, cui non magna terræ pia ſit admixta, ita in ſciẽtijs vix veritam aliquam reperire licet, ſine errorum miſtione. Cùm enim intellectus noacies anguſtis ſit circumſcripta termi, atque ordinariè amoris proprij nebu obfuſcari ſoleat, mirum non eſt, ſi manfacilitate incurrat in errores, quorum lti ſunt, quàm veritatem attingat, quæ propoſitionibus ad doctrinam pertinẽbus nõ niſi vna eſſe ſolet. Quocirca mulplures ſunt errores, qui ſciuntur, quàm ritates; maiorem item habemus cauam ignorantiæ nos ipſos accuſandi, quã quem ſapiẽntiæ gradum nobis arrogan. Dubitare etiã potiùs debemus in ſcien de noſtro iudicio, quàm in rebus praicis. Et quia experientia ipſa in omnibus bus fida magiſtra eſſe ſolet; ex varijs ertibus, in quos noſtro nimium fidentes dicio prolapſi ſumus: oportuiſſet tanem nos factos eſſe cautiſſimos: vt enim geraliquis, aut qui cauſſam in foro haut, poſteaquam in ſua infirmitate aut liiudicio alicuius Medici aut Aduocati mium fiſus, tandẽ ſe deceptum, ac in vita

aut

aut bonorum ſuorum diſcrimen adductū eſſe ſentit, illorum deinceps conſilia meritò reſpuit; ita cùm à iudicio noſtro multis in rebus, iiſque grauiſſimis deceptos nos cum propriæ ſalutis periculo, & notabili multorum bonorum damno didicerimus, deberemus tandem non ſolùm noſtro nō amplius fidere iudicio, ſed ob hoc ipſum, quia noſtrum eſt, & de rebus noſtris, ſuſpectum habere: deſiderantes ſummoperè certiori aliqua norma, quàm ipſum ſit, in omnibus duci ac dirigi. Quod ſi ſecundū ius Ciuile ac Canonicum, nullus in amicorum aut propinquorum cauſa Iudex eſſe poteſt; nec immeritò, quia naturalis erga illos amor iudicium eorum facilè peruerteret; cur te in tua cauſa Iudicem conſtituis? *Quod ſi culpam amici in tuo iudicio, amor illum* (inquit S. Bernardus) *aut minuit, aut prorſus abſcondit, quantò magis amor tuus tuum contra te iudicium fallet?*

S. Bernar. tract. de grad. humil.

Quemadmodum igitur prædictæ leges ſapientiſſimè ſanxerunt, ne quis in cauſa amicorum aut propinquorum, vt dictum eſt, ſit Iudex: ita vnuſquiſque apud ſe ſtatuere debet; ſe non debere in ſuis rebus ſui eſſe Iudicem; niſi grauiter velit errare. Quamuis enim accidere quandoque poſſit, vt cuipiam proprio fidenti iudicio, res aliqua feliciter eueniat, ille ipſe tamē pro-

per euentus, non euenit ſine magno periculo contrarij; quod ſatis eſt, vt in hoc etiam negotio erraſſe dici queat, idque eò magis, quod approbare felicem euentum bonum, qui ex proprio iudicio forte fortuna conſecutus eſt, propriè loquendo nihil ſit aliud, quàm dupliciter errare. Si ergo ab huiuſmodi erroribus liberari, & maiori cum ſecuritate in diuino ſeruitio procedere velimus, duo nobis documenta B. Dorothei valde erunt notanda: Alterum, quod ipſe felici rerum ſucceſſu vſurpare ſolebat; eſt, in rebus ſuis aliorum libenter conſulere iudicia: Alterum, quod omnibus vehementer inculcat, eſt, vt ſeriò intelligamus: *Nihil eſſe deterius, quàm de ſe ipſo nimium præſumere.* S. Dorot. ſerm. 4.

Ad confirmationem huius, ponam in fine huius capitis ſentētiam quandam D. Bernardi breuem quidē verbis, ſed in qua omnia ea continentur, quæ de damno dici poſſunt, quod ſibi alijſque inferunt illi, qui de proprio ſuo iudicio, ac de ſeipſis nimium præſumunt, *Hi ſunt*, inquit, *vnitatis diuiſores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placētes ſibi, & magni in oculis ſuis; ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes ſtatuere.* Quæ ſententia ex tanti viri, mortificatione & lumine diuino præſtantis ore prolata; ſatis eſſe deberet, vt indu- Bern ſer. 3. de Reſurrect.

ceremur ad efficax remedium tanto malo adhibendum.

Capvt XIII.

De Reſignatione.

RESignatio, id eſt, *Rei aſſignatio*, eſt a-ctus quidam, quo homo homini ali-quid idcirco aſſignat, vt diſponat de eo abſolutè ſiue cum conditione, prout inter ſe conuenerint. Reſignatio verò, vt de ea ſpirituales Magiſtri loqui ſolent, ni-hil aliud eſt, quàm præſtantiſſimus qui-dam actus noſtri liberi arbitrij, quo Dei ſeruus, longâ experientiâ, ſanctorum-que exẽplis conſilijsq́; edoctus de pericu-lo, cui ſe exponit vnuſquiſque, qui in vita ſpirituali ſe ipſum regere præſumit in re-bus ſuis proprijs, iudicium, ſenſumq́; ſui, exuens ſeipſum, ſuaq́ue omnia liberè in manus Dei, eorumq́;, quos loco Dei in te-ris veneratur, reſignat, vt de ſe diſponant in omnibus, prout ipſi iudicauerint magis expedire tum ad gloriam & cultum Dei, tum ad proprium profectum. Eo planè modo, quo beatiſſima Virgo, Dei Mater, intellecta Dei voluntate ab Archangelo, modoque hanc volũtatem exequẽdi; mox ſe in manus Dei reſignauit, dicens; *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbũ tuũ.*

Luc. 1.

Quo item B. Apoſtolus, â Domino voca-tus,